



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio III. De modis, quibus jus Patronatûs in alium transferi possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ad movendos Laicos, ut ædificent, fundent, aut dotent Ecclesias: & hinc ne præjudicium fiat patrono, non potest facile ipso invito Ecclesia Parochialis, cujus patronus est, erigi in collegiatam.

Competit tamen patronis, qui fundaverunt, dotaverunt, aut ædificaverunt Ecclesiam, primò honor processionis (ut Patrono venienti ad Ecclesiam, clerus obviam processionaliter veniat, eumque excipiat, & ad honoratiorem Ecclesie locum deducat, dummodo ratione status hæc talia Personæ illi, seu Regi, aut magno Principi &c. conveniant, quod jus aliqui dicunt jus honorificum. Secundò competit illis, ut aliqui vocant, jus utile, ita ut, si ad inopiam vergat Patronus, ab Ecclesia patronata subsidia moderata ex superfluis Ecclesie bonis obtinere debeat. Tertiò denique competit etiam illis jus onerosum tuendi, vel defendendi Ecclesiam patronatam, denuntiandi Episcopo, si bona talis Ecclesie dilapidentur, aut in alios usus convertantur, quam ex fundatione debeant &c. curandi, ut ædes sacre, & parochiales reparentur, divina officia celebrentur, fundatio impleatur &c.

§. III.

An patronus possit jus patronatus alienare, vel pensionem aliquam exigere, aut aliud onus seu gravamen imponere Ecclesiis vel beneficiis patronatus.

Responderetur Patronum non posse propria auctoritate, sine consensu O. dinarii, seu Diocesani, jus patronatus solitarie acceptum alienare, neque

aliquid temporale exigere ab Ecclesia patronata, nisi certa pensio in prima datione, cum consensu Episcopi, patrono fuerit reservata, c. Præterea ubi non tantum patronus sub pœna excommunicationis, sed etiam illis hæc talia sub eadem pœna prohibetur, qui jus advocatæ in Ecclesia tendunt; quamvis enim jus patronatus & jus advocatæ propriè, & distinctè quando, sine distincta jura, septuagimen etiam in jure æquiparantur, ut etiam Glossa in cit. c. Præterea V. de vocationis.

SECTIO III.

De modis, quibus jus Patronatus, in alium transferri possit.

Quatuor modis transferri hoc jus potest in alios, successione scilicet, sive jure hæreditario, translatione, donatione, permutatione, & venditione, de quibus in §. §. seqq.

§. I.

An & qua ratione jus patronatus per successionem hæreditariam transferri in alios possit?

Ad hæredes patroni, jus patronatus cum universitate bonorum, quod annexum est transire, & quidem tam Testamento, quam ab intestato, neque solum ad suos hæredes, sed etiam ad extraneos, sive sint mares, sive feminae, ex c. i. h. i. indistinctè loquente, patet. Ex quo jure rectè etiam inferitur, ex hoc Titulo

titulo patronum non esse, qui hereditari renuntiavit, aut qui in re certa tantum hæres scriptus est, aut qui hæres non est, quamvis sit patroni filius, aut filia; & quamvis si plures hæres sint ejusdem patroni originalis, qui ex triplici capite patronus est, quilibet suffragium seorsim, & divisim habeat; si tamen ad eandem Ecclesiam plures hæres sint diversorum originalium patronorum, quorum unus ex dotatione v.g. alter ex fundatione, tertius ex ædificatione patronus fuerit, non in capita, sed in stirpes, quoad jus patronatus succedant tales, ita ut si plures sint huius patroni hæres, unam illi omnes tantum vocem habeant, ad præsentandum, & alterius patroni hæres etiam unam vocem habeant, quamvis plures sint, prout habetur in c. quoniam 3. h. t. & Clement. 2. eodem, ne in discordia facta fuisse censetur præsentatio. & Ecclesia suo recte careat, quo in casu cessationem à divinis imponere debet in tali Ecclesia Episcopus, donec ad concordiam redeant hæres s. perlatum 1. h. t. nisi postquam præsentationis faciendæ tempus expiravit, suo jure ad constituendum in tali Ecclesia rectorem, uti vellet Episcopus, quod facere potest.

§. II.

Ad quos præterea jus patronatus per successionem transire possit.

Respondetur primò, jus patronatus in prima fundatione reservatum illis, qui sunt de familia, sive agnatione fundatoris, non transit prius ad hæres, quam

extincta fuerit tota familia, qua tamen extincta, ad extraneos etiam hæres transit, non ex provisione hominis, sed ex provisione legis, si tamen reservatum hoc jus patronatus, cum restrictivè particula tantum familiae fuit, tum extincta familia jus patronatus extinguitur, sicuti enim extinguitur deficientibus masculis, si pro masculis tantum reservatum fuit, ita etiam in nostro casu extincta familia extinguitur jus patronatus, cum Ecclesia non minus approbet talem patroni restrictionem, quam jus patronatus illi concesserit.

¶ 2. Utrum ad fidei commissarium universalem transeat cum hereditate jus patronatus, an apud directum hæredem permaneat, in utramque partem probabiliter disputatur, cum neutra pars pro se, aut clara jura habeat, aut convincentem rationem.

¶ 3. In divisione hereditatis, non potest iudex uni ex cohæredibus adjudicare jus patronatus, sed manet illud penes omnes hæres in solidum, cum jus patronatus, sit indivisibile, & ut uni præ altero adjudicetur, nulla ratio suadeat, sed caveri etiam debeat, ad cavendum Simonie periculum.

¶ 4. Publicatis bonis omnibus Patroni, & additis Fisco ob crimen v.g. læsæ majestatis &c. etiam jus patronatus ad fiscum transire, quamvis secularis hic sit; non quidem quasi dominus secularis patronum directè privare possit jure patronatus, cum hoc ad forum Ecclesiasticum pertineat, sed quòd accessorie, & indirectè, propter bona con-

filca-

ficata, quibus annexum est jus patronatus, ad fiscum hoc jus transeat; quod si tamen hoc jus patronatus personale sit, & non annexum bonorum confiscatorum universitati, manet illud, confiscatis etiam bonis, penes delinquentem, donec ab Ecclesiastico magistratu illo privetur, tamquam indignus, & vel Ecclesia fiat per sententiam talem libera, si jus Patronatus non sit Familiae, vel ad Familiam transeat juxta voluntatem, & dispositionem fundatoris.

§. 5. Posse transferri jus patronatus ad alium etiam per legatum in Testamento factum (si enim inter vivos donari potest, cur non etiam in Testamento legari possit?) cum consensu saltem Episcopi, si Laico vel Clerico jus hoc legetur, cum jura non permittant, ut per solam dispositionem Laici v.g. Patroni, jus hoc transferatur in Ecclesiam, vel in filios, aut heredes.

§. 6. Etiam in monasterium transferri posse jus patronatus, & quidem vel accessorie, cum universitate bonorum, si haec in monasterium bonorum in communi capax transferantur, vel per ingressum illius, qui habet jus patronatus, ita tamen, ut in tali casu, si jure sanguinis ad religiosum talem jus patronatus pertineat, monasterium illo tantum gaudeat usque ad mortem talis religiosi sui, ad heredes scilicet, vel consanguineos talis religiosi, post mortem hujus transferrante jure patronatus,

An & quo pacto jus patronatus per donationem ad alios transferri possit? An etiam Ecclesia concedi possit?

Ecclēsia, monasterio, aut alio religioso loco, vel Dignitati Ecclesiasticae, potest Patronus jus suum Patronatus donare, etiam sine consensu Episcopi requisito, non autem persona una privata, qua tali, siue Laico illi siue Clerico, prout habetur in c. *unicuique*, cum enim per priorem donationem in manibus Laicorum Ecclesiasticae libertate posterioriorem verò donationem in gratiam saepe jugum incidat, consequenter debet, non quidem in illo potestate, hoc tamen posteriore, auctoritate Episcopi, cujus est damnum Ecclesiae evitare, intervenire. Iura vero, quae hoc titulo plura afferuntur & quae Auctor. Meth. hoc loco videtur posuisse, quibus videtur probari, non potest Laicis in Ecclesiam, aut prius Laicis per donationem jus patronatus, sine consensu Episcopi, transferri, non legatum de jure patronatus non transferri, sed de non donandis, vel incorporandis Ecclesiis, aut in titulum vel in proprietatem concedendis, quod Laici facere non possunt, non tam ob defectum consensu Episcopalis, quam ob defectum juris, quod ad Ecclesiam tantum proprietatem, vel titulum donandi non habeat.

§. IV.

An & quomodo ius patronatus per venditionem transferri possit?

Per se, & solitariè vendi non potest ius patronatus, sine Simonie vitio, ut constat ex c. de iure 16. h. t. cum enim ius patronatus sit vel intrinsecè spirituale, vel saltem spiritali annexum, ut ex dictis patet, consequenter pretio temporali, sine Simonie vitio, comparari non potest; quem modum in alios transferendi ius patronatus prohibet etiam Tridentinum, sub penis canonicis excommunicationis, interdicti, & privationis ius patronatus; ac pecunia pro eo eccè mendo expensa, nec emptori, nec venditori acquiritur, sed applicari debet Ecclesie, cui per Simoniam iniuria facta sit: per accidens tamen, & concomitantè, vendendo rem temporalem, quæ continet plura iura, cui annexum est ius patronatus, transferri hoc etiam per venditionem talem accessoriè, habetur in c. ex literis 7. h. t. (nisi specialiter hoc ius sit exceptum) quia in tali casu contractus censetur initus super rebus temporalibus, & non super iure patronatus, accessoriè tantum & accidentaliter se habent. Quod si tamen ius patronatus non tam bonis talibus venditis, quam personarum vendenti annexum sit, non transit accessoriè, etiam per venditionem omnium bonorum, etiam ius patronatus, cum in tali casu conferretur specialiter ius patronatus venditum, quod Simoniam sapit; & quamvis in hæredem ius patronatus etiam personale transeat, defuncto

patrono, quia hæres eadem persona cum defuncto iuris fictione habetur, non tamen transit in emptorem, ubi nulla talis iuris fictio quasi eadem persona est; propterea cum venditore esset, intervenit.

§. V.

An & qua ratione ius patronatus permolari, vel in feudum, aut Emphyteusim, vel in pignus dari possit?

Cum consensu Episcopi, cuius est præcavere Ecclesie, & impedire Simoniam, ut dictum, potest ius patronatus cum simili iure permolari; neque tamen novus patronus statum Ecclesie, aut illius rectorem pro placito mutare potest, prout sumitur ex c. que Simoniam. 9. h. t. cum alia potestas patrono non competat, quam ut, beneficio patronato vacante, præsentet, res Ecclesie defendat, & excessus rectoris, vel beneficiati denuntiet Episcopo; & quamvis in feudum vel emphyteusim ius patronatus solitariè acceptum dari non possit, cum non sit pretio æstimabile, sicut tamen accessoriè cum re, cui universitas bonorum competit, vendi potest, sic etiam in feudum, & Emphyteusim accessoriè cum bonorum universitate concedi potest, prout sumitur ex c. cum saeculum 13. h. t. si tamen talis res, cui bonorum universitas, & inter hæc etiam ius patronatus annexum est, creditori in pignus detur; ius patronatus non transit in eum, c. Cum Bertholdus 18. junct. Gloss. verbo: Patroni de sent. & re jud. cum pignus non transeat in creditorem, Hhhh 2 quo-

quoad dominium directum, aut utile, & consequenter neque fructus rei oppignoratur, inter quos numeratur etiam jus patronatus.

Sectio IV.

De presentatione siue ipso actu presentandi & eius circumstantiis.

§. I.

An presentatio facta à possessore iuris patronatus, etiamsi ius proprietatis non habeat, valida sit?

Valer non tantum presentatio, si facta sit ab eo, qui bonam fidem ius patronatus possidet, sed etiam consequens ad eam institutio, ita ut removeri hic amplius non possit, quamvis postmodum appareat, quod verus Patronus ille non fuerit, prout sumitur ex c. consultationibus 19 h. t. & c. querelam 24 de Elect. iunct. Gloss. verbo. super iure. Neque enim, quod legitime factum est, irritari debet, aut retractari, licet ad eum casum deveniat, à quo incipere non potuit, & fructus iuris patronatus, qualis est presentatio, ad possessorem pertinet, ita tamen, ut nec solus communis error, in re hac privata sine possessione ad validam presentationem sufficiat, nec sola qualis qualis possessio, sed quia sit cum bona fide, cum solus communis error non det titulum, & male fidei possessor nullo fructus suos

faciat, sed consumptos etiam retinere teneatur, Quin imò, si simul presententur diversi ab eo, qui in possessione presentandi est, & ab eo, qui in patronatus ad se pertinere dicit, nullum ius possessori opponendum competere, presentatio erit de iure communi Decretalium à bona fidei possessore presentata, die tamen de iure Tridentini Synodi cap. 9. de Reformat. requiritur ad validam à possessore factam presentationem, ut doceat hic de iure quo iure ius patronatus ad eum pertinet vel saltem, quod tale ius per multiplicitas presentationes, supra hominum memoriam, jam præscriptum.

§. II.

An Patronus possit presentare ipsum, vel filium suum, si plures sint patroni, an unus ex illis, ac denique an semper dignior dignior presentari debeat.

Se ipsum patronus ad vacante Ecclesiam, cuius Patronus est, presentare non potest, nec per se ipsum, nec per alium ex illius commisso, exceptam gentem, quamvis Clericus, & idcirco sit, c. per nostram 26. h. t. ut ne huiusmodi ambitionis infamia notetur, & non presentantem, ac presentatum ad effectum sufficiens habeatur, quæ non potest inter hos, quam inter donatos accipientem esse debet: potest tamen si ab Episcopo illi conferatur, speciatim aut interpositis precibus beneficium, ius ipse patronus est, illud recipere, c.